

- §.5. (2) *Objectum*. Accedit Fidejussio *omni obligationi*, etiam naturali, etiam futuræ, (exc. causam dotis marito debitore.) etiam ex delicto, non adeò manifesto & gravi.
- §.6. *Non in plus*, s. tempore s. quantitate, s. qualitate (v.g. purè, si debeat sub conditione)
- Civiliter*: si Creditor à fidejussore plus stipulatus est, nulla prorsus est obligatio.
- si Fidejussor ipse sponte plus promisit, valet qua summam concurrentem.
- Moribus*: semper valet qua debitam à reo quantitatem.
- Nisi prorsus alia sit obligatio v.g. alternativa.
- Nisi reus conditionaliter, fidejussor purè, sit acceptus.
- Pro Reo tamen purè, fidejussor ex die vel sub conditione intervenire potest, non autem alio duriore loco.
- §.7. Benè tamen *in firmius*, v. g. sub pœnâ, juratò.
- Non sub *Obstagio*, nisi juratò (Canonicè.)
- §.8. (3) *Effectus* est 1. *Obligatio*. 2. *Actio*. Sed pro fidejussore sunt
1. *Beneficia*. 2. *Jus*.
- Obligatio Fidejussoris* est in id, quod tempore fidejussionis in obligatione principali fuit, etiam ratione usurarum.
- Non in id, quod culpâ, morâve debitoris extrinsecus accessit.
- Nisi in omnem causam expressè sit obligatus.
- §.9. *Actio ex stipulatu*, datur creditori contra fidejuss. heredi & in her.
- §.10. *Beneficium Jure nov.* est vel excussionis, vel divisionis, vel ced. act. etiam si debitorem principalem se dixerit, modo non sit
- Expromissor
- etiam si juratò se obligaverit Fidejussor.
1. *Excussionis* s. ordinis: *modo* principalis præsens & solvendo sit.
- Excip. causas mercatorum, camporum.
- §. 11. *Cessat* hoc, si expressè ei sit renunciatum, saltem in genere, exprimendo proximum.
- Nisi sit Fidejussor saltem indemnitatis.

§.12.